



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

100. An in die ieiunii bibere vinum ad sustentationem, & samem  
sedandam sit illicitum? Et praesertim ante prandium, an violet ieiunium?  
Ex p. 1. t. 9. r. 23.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

Respondere affirmatiue; veluti exigua portio ralicuius electuarij, quinque, vel sex amygdalas saccharo confectas, vel quid simile. Ita Villalobos in sum. tom. 1. tract. 13. diff. 8. num. 14. & Homobon. de exam. Eccl. p. 2. tract. 8. cap. 7. quest. 20. Reginald in praxi, tom. 1. lib. 4. c. 12. dub. 4. n. 17. qui citat Syluest. Armillam.

1. Sed hanc sententiam limitat Azorius p. 1. lib. 7. cap. 10. quest. 7. dummodo non sit panis, herba, arboris fructus; sed exigua medicamenti portio, siue frustum. At fallitur vir doctus, iudicio Layman in Theol. mor. lib. 4. tract. 8. cap. 1. num. 7. & Fagundez de Præcept. Eccl. Præcept. 4. lib. 1. cap. 1. num. 20. quia ista etiam per modum medicina sumi possunt, ne potus noceat: etiam si quædam videretur sentire Emmanuel Sa verb. licet. non. 8. ubi sine vlla limitatione sic asserit: [Ieiunium non violat potus aquæ, aut vini; neque etiam, si quid edatur, ne potus noceat. Vide Moltesium in summa, tom. 1. tract. 10. cap. 5. num. 23. & Philarchum de offic. Sacerdot. tom. 1. p. 2. lib. 3. cap. 25. & hoc est intelligendum toties, quoties biberit; dummodo id non fiat in fraudem ieiunij: sed ne potus noceat: & ita docet Fagundez Præcept. 4. ubi supra, lib. 1. cap. 4. n. 15. cum aliis.

RESOL. XCIX.

An qui ne inurbanus videatur sumendo modicum cibi ab amico rogatus, peccet falsem venialiter? Ex part. 1. tract. 9. Ref. 29.

1. Affirmatiue respondet Caiet. in 2. 2. quest. 147. art. 3. Syluest. verb. Ieiun. quest. 4. Nauarrus in Men. cap. 21. num. 13. Paludanus in 4. dist. 15. quest. 4. art. 1. & ibidem Riccardus quest. 3. art. 4. D Antoninus p. 2. tit. 6. cap. 2. §. 6. Et ex Neotericis tenet etiam hanc sententiam Ioan. de la Cruz in director. confc. part. 1. præcept. art. 4. dub. 1. concl. 1. Villalob. in summa tom. 1. tract. 2. diff. 6. num. 4. Azor. part. 1. lib. 7. cap. 9. q. 1. & ante illos Hieron. Llamas in sum. part. 3. c. 1. §. 2. qui acriter inuehitur in contrarium sentientes: & idem ait: [Quod quis ab amicis rogatus possit comedere, etiam ieiunans, licentia est Fratris Bartholomæi de Medina: sed non nostra neque doctissimorum virorum, in d. neque Ecclesiæ, in totum fraudatiua ieiunij: inter Christianos enim rogatus, vt comedat, si respondeat: Ieiunio hodie, neque inurbanus est, neque amplius rogatur ab aliquo, neque in minimo amicitia deperditur: & scio experientia, ex hac Medina licentia multos toto die cum ieiunij irrisione ambulare de domo in domum, vt inuidentur.] Ita Llamas.

2. Sed non bene loquitur hic Author, licet Vir doctus, contra Medinam; nam eius sententiam puto probabilissimam, quam docet in sum. lib. 1. cap. 14. §. 10. de nouissimè tenet Petrus de Cenedo in quest. canon. quest. 41. n. 7. & etiam post illum ex Societate P. Fagundez Præcept. 4. lib. 1. c. 4. num. 15. qui notat immeritò Llamas carpere Medina, cum asserat, ex eius licentia multos tota die cum ieiunij irrisione diuersuros de domo in domum, vt ab amicis inuidentur. At, quis non videt, hanc consequentiam indignam esse Viro Theologo? Medinam ita ait: [Però, si rogandole vn amigo de despues de hauey hecho colacion, toma vn bocado para beuer por via de amistad, no es peccado alguno.] Vbi nec pluries hoc fieri posse asserit; nec quod vtatur hac cautela, vt ipse amicos quaereret, qui ipsum inuiderent. Et idem sententiam Medina Fagundez, ubi supra, num. 3. etiam de culpa veniali excusat propter quantam vrbaniatorem. Vnde hoc etiam docuit Filliuc. tom. 1. tract. 27. p. 2. c. 2. n. 41. Sed circa præsentem questionem vide etiam Emmanuel Sa verb. Ieiunium, num. 8. Vegam Tom. IV.

in sum. tom. 1. cap. 14. cas. 2. & Ledefinam in sum. tom. 2. tract. 27. c. 2. dub. 3.

RESOL. C.

An in die ieiunij bibere vinum ad sustentationem, & famem sedandam sit illicitum? Et præsertim ante prandium an violet ieiunium? Ex p. 1. tr. 9. Refol. 23.

1. Negatiuam sententiam ex neotericis mordicus sustentat Reginald in praxi, tom. 1. lib. 4. c. 13. sect. 1. num. 153. qui citat ex eademmet Societate Azorium p. 1. lib. 7. c. 10. q. 4. in fin. & ex veteribus id docuerat Riccard in 4. dist. 15. art. 9. 7. Antoninus p. 2. tit. 6. cap. 2. §. 9. Rosel. verb. Ieiunium, n. 5. & tandem hanc sententiam docuit Vir doctus Medina Complutens. C. de ieiun. q. 11. quid fateor esse probabilem.

2. Sed contrariam probabiliorum esse iudico, quam docet Vegha in sum. tom. 1. c. 14. cas. 2. Homobonus de Bonis in exam. Eccl. p. 2. tract. 8. c. 7. quest. 20. Filliucius tom. 2. tr. 27. p. 2. q. 10. n. 24. Molf. sius in summa, tom. 1. tract. 10. cap. 3. num. 25. lib. 4. cap. 2. dub. 11. num. 10. ubi sic ait: Potus ordinatur potius ad cibi per corpus distributionem, & sanguinis refrigerium, quam vt per se corpus alat: quod si interdum alat, id per accidens est, & non tantum alit, quantum cibis. Vnde Ecclesia eius rationem habuit: quare, etiam si quis eo sine vratur, etiam immoderate, non violabit præceptum Ecclesiæ de ieiunio, etsi contra temperantiam peccet. Ita ille, & nouissime Fagundez de Præcept. Ecclesia, tract. 4. lib. 1. cap. 3. num. 19. asserit, in more, & consuetudine positum esse vinum non violare ieiunium, etsi ad famem sedandam sumatur: semper enim sumitur per modum potus.

3. Ex his apparet, quam parum Confessarios mouere debeat sententia Alex. de Ales p. 4. memb. 8. art. 1. §. 1. asserentis, vini potionem, præsertim ante prandium, ieiunium violare: nam est contra communem Theologorum sententiam. Vide Villalob. in sum. tom. 1. tr. 23. diff. 8. num. 14. Homobonum de exam. Eccl. p. 2. tract. 8. cap. 7. quest. 20. Ledefin. in sum. tom. 2. tract. 17. c. 2. dub. 4. & alios.

RESOL. CI.

An licitum sit sequi vnum horologium quoad ieiunium Ecclesiasticum, & alterum quoad ieiunium naturale? Et hoc intelligitur in ipsamet media nocte. Ex p. 10. tr. 15. & Milc. 5. Ref. 29.

1. Vt verbi gratia. Si hodie sit dies ieiunij possit quis audita hora duodecima vnius horologij cenare, comedere carnes, quas die sequenti licite comedere potest, & postea audita hora duodecima alterius horologij possit sequi hoc secundum horologium & iuxta illud incipere ex tunc ieiunium naturale, & die sequenti communicare? Et negatiuam sententiam firmat Eminentissimus Dominus meus Cardinalis Lugo de Euchar. d. 15. sect. 2. quem postea sequitur Leandrus de Sacram. tom. 2. tract. 7. diff. 5. quest. 6. ex rationibus adductis à Lugo.

2. Dicendum est itaque non posse Sacerdotem amplecti vnum horologium ad soluendum ieiunium Ecclesiasticum præcedentis diei, & alterum postea ad inchoandum ieiunium naturale, quod requiritur ad celebrandum die sequente, sed debere sequi idem horologium pro vtroque præcepto. Nam licet præcepta sint diuersa, & singulis præceptis